[illegible] pœna or-
[illegible] violenta & seditiosa pœna
[illegible] quoque insecuta
[illegible] sed in
[illegible] violentus,
[illegible] ff. de furt.

Nec

Nec obstat Constit. Carol. ubi non effractio violenta laqueo pu
nitur, sed furtum cum effractione commissum, atqui furtum sin
contrectatione non committitur, Effractio igitur absque con
trectatione instar conatus se habet, & solum attentatum est furt
non ipsum furtum, solum autem attentatum pœna semper ordi
naria non puniri supra jam dictum. Interim & hic conatus ut i
simplici furto pœna extra ordinaria vindicatur & plerumque re
legatione aut fustigatione plecti solet *Theodericus in Coll. Crim. 7*
disp. th. 6. l 6. Reusnerus *l. 7. decis. 21.* Quod si vero quis arcam se
capsam sacram Eleemosynarum (Germ. ein Almosen Stock) rum
pere aut referare saltem conatus sit, & in tali actu deprehensu
fuerit, pœnâ corporis afflictivâ uti fustigatione, vel etiam capiti
supplicio non secus ferme ac si revera effractio & ablatio insecu
ra fuerit, tanquam sacrilegus afficitur *Constit. Carol. art. 123.* Di
rectarii, qui furandi causa in alienas ædes divertunt licet nihil a
huc dum subtraxerint, tamen arbitraria pœna puniuntur *l. sa
cularii ff. de extraord. crim.*

XLII. Sequitur jam homicidium, quod est vel clandes
num vel violentum, & utrumque lege Cornelia vindicatur; clan
destinum dicitur veneficium, quod hoc loco non generaliter p
sortilegio & incantatione sumitur, (quemadmodum etiam illa
nefariam artem exercentes venefici & veneficæ dicuntur,
quo genere veneficij supra actum) sed accipitur hic specia
ter pro homicidio, quod veneno dolosè committitur. *l. 2.*
ad L. corn. de sicar. quod crimen est gravissimum, cum plus
hominem veneno extinguere, quam gladio occidere ut ait imp
rator Antoninus. *in* |*l. 1. C. de malef. & mathem.* Hujus del
pœna de jure civili est ultimum supplicium *l. 1. ff. ad L. Corn.*
sicar. quæ pœna non solum obtinet in eo, qui venenum pro
navit, sed & qui necandi hominis causa venenum præparav
vel vendiderit *l. 3. ff. ad L. Corn. de sicar.* constitutio Carol
graviorem pœnam assignavit huic delicto, nimirum si vir sit
vus rota condundatur, si fœmina in aquis suffocetur, vel alio
timi supplicii genere afficiatur *artic. 130.* Secundum jus Saxo
cum pœna ignis indifferentur obtinet, Szandr. *lib. 2. art. 15.* p

Et hæc quoque pœna extraordinaria obtinet in iis, qui pasc
fontes, vinum vel cerevisiam & his similia veneno inficiunt; u
de homines vel pecora pereant, licet damnum ad huc nullu
datum sit. *l. 5. C. de malef. Moller. part. 4. Constit. 15. n. 1. Berli
concl. 16. n. 12.* si igitur horum attentatum, qui unam saltem per
nam veneno tollere volunt, pœna extraordinaria vindicat
multo magis eadem pœna hic obtinebit, cum multò gravi
crimen sit, multos necare velle quam unum.

XLIII. Eadem quoque lege Cornelia de sicariis vindi
tur homicidium violentum, cujus pœna est ultimum supplic
l. 3. ff. 5. ff. ad l. Corn. de sicar. homicida enim semper, quod fecit, e
pectat *l. 3. C. de Epic. aut Cl.* eaq; pœna etiam *Iuri* divino consen
nea *Genes. C. 9. levit. 24.* item Constitutioni Carol. *v. art. 137.* q
Pœna indifferenter absque ullo respectu personarum æquali
infligitur cujuscunque sexus vel conditionis personis *l. 1 l.
C. ad L. Corn. de sicar. it. l. 39. de pœnis.* Si autem hujusmodi
olenta læsio nondum perfecta sit, proximè tamen ad actu
destinata, pœna ordinaria Iure civili non dictatur. Excep
1. est in eo, qui occidendi hominis causa cum telo ambulat,
nil nisi occasionem illum interficiendi expectat; hujusmodi i
tur attentatio pœna ordinaria legis Corneliæ vindicatur, quc
admodum Imperatores Diocletianus & Maximianus rescrip
runt *in l. 7. C. de publ. Iud.* ratio supra assignata, quod consili
cujusque non factum puniendum sit, *Paul. l. 5. sentent. 32.* §.
in hoc igitur delicto dolus cum conatu conjunctus pro ipso
cto habetur, dum quis cum telo occidendi hominis causa amb
lat *l. 1. ff. de publ. Iul.* qui enim ita alterius vitæ insidiatur, part
distat â latrone, quj & ex solo apparatu attentata alterius in
sione pro tali habetur, dum a parte ipsius nihil superest, quom
delictum perfectum reputetur 2. Exceptio est in eo, qui quid
non occidit, eo tamen animo vulneravit, ut occideret, pro h
micida habetur *l. 1. §. 3. ff. de publ. Iud.* Et simiiliter in hoc fact
cum animo occidendi conjunctum impedimento forte int
veniente contra ipsius intentionem inhibitum vel sufflamin
tum, ratione infligentis vulnus delictum similiter pro perfe

ha

tem factum denotat, in eo autem, qui se ipsum interficere cona
tur, ab externo tamen principio à proposito suo impeditus fue
rit, distinguendum est; aut enim ex desperatione, impatienti
doloris, tædio longioris vitæ, aut ad evitandas temporales æru
mnas & molestias id conatus est, & tunc nulla pœna afficiendu
erit *l. fin. ff. de bonis eor. qui mort. Decian. in tract. crim. l 9. c. 3. n. 4*
si quis autem alias ob Causas, puta spe aliquam rem consequen
di frustratus, item pudore, metu pœnæ vel sceleris perpetrati au
simili aliqua causa violentas sibi manus in ferre velit, in ipso au
tem actu deprehensus, à maligno suo proposito prohibitus fueri
tunc pœna extraordinaria arbitrio Judicis puniendum esse ex
stimant, *Gomez. de delictis c. 3. num. 14. Farin. part. 5. oper. crim
quæst. 528. n 38.* moti his rationibus, quod nimirum seipsum vu
nerans, eadem pœna plectendus veniat, quam si alterum vul
nerasset. *l. 3. § si quis autem tædio ff. de bon. eor. Castrens. in .2. C qu
testam. fac. pass* deinde quod hodie secundum consuetudinem
(nam de Jure civili secus est) in homicidio attentato pœna or
dinaria non puniatur. *Barrol. in l. 3. §. divus. ff. ad L. Corn. de sica
minus enim videtur offensa Respubl. quandiu mors non evene
rit.* Non obstat *l. omne delictum §. 7. ff. de re milit. 11. l. 38. §. 12. f
de pœnis.* Illi enim textus loquuntur de militibus qui obtenta
tam saltem mortem graviori pœna plectuntur, cum graviu
delictum committant in eo, quod majorem animi fortitudinem
atque constantiam præ se ferre debeant, tamen tanquam vilis e
abjecti animi homines mortem potiùs quam vitam vitandarum i
gruentium calamitatum causa præoptare maluerint, quæ pœn
propter Exemplum meritò in eos statuta. Aliud est si cæd
ipsa insecuta fuerit, tunc enim illis qui fraudulenter sine furor
melancholia, aut impotentia solo pœnæ vel scelerum metu se
ipsos interfecerunt, sepultura honesta denegatur, & in locu
infamem atque cadaveribus punitorum destinatum, modò i
reatu fuerunt, projiciuntur; imò, quod plus est, eorum cadave
interdum suspenduntur, rotæ affiguntur, vel comburuntur, quan
do nimirum post sententiam se ipsos interfecerunt, vel in carce
mortui reperiuntur. *Hahn. in observat. ad VVesenbec. tit. ad L*

Corne

ũxiliatores & Cõsultores, itẽm cõscij æquali pœna afficiũ
tur, pertineat etiam ad parricidium saltem attentatum? quod regulariter affirmandum, dummodo à Parte ipsi principalis nihil prætermissum sit, quod ad Consummationem ejus pertineat, sed per impedimentum extrinsecus interveniens actus fuerit impeditus. Parentes quoque qui infantes liberos necant, puniuntur, non quidem ordinaria parricidii pœna, sed saltem pœna legis Corneliæ de sicariis *l. 1. ff. ad L. Pomp. de parricid.* visum est enim legi mitiùs puniri parentem, id quod alias vitæ & necis liberorum data eis fuerit facultas *l. C. de patr. qui fil. distrax* jure Codicis & ex Nemesi Carolinâ etiam hodie infanticidii pœna plerumq; est submersio & suffocatio in flumine *l. unic. C. de his qui par. vel liber. occid. Constit. Carol. ar. 131.* quod si, saltem nixi sint infantes necare, licet id non perfecerint, tamen ordinaria legis Corneliæ pœna afficiuntur *l. siquis necandi C. ad L. Cornel. de sicar. c. siquis de pœnit. dist. 1.* pertinet etiam huc si vir uxorem vel uxor virum occidere tentet insidias parando, ubi pœna legis Corn. de sicariis itidem locum habet, æque ac si infanticidium revera commissum esset *l. ult. C. ad L. Pomp. de parricid.* Ratio autem quare & in his solo affectus puniatur, est arctissima amicitia inter conjuges quæ Communione bonorum procedit, à gradibus enim communicationis bonorum etiam gradus amicitiæ dependent; Quia igitur talis amicitia prorsus violatur, per hujusmodi ausus, meritò hujusmodi pœna in talia conantes statuta fuit. Hoc utriusque delicti tam infanticidii, quam uxoricidii conatus ordinaria pœna non coercetur *P. H. D. art. 178. Carpzov. practic. quæst. 2. num. 51. Mynsi. cent. 3. observ. 9.* Quoniam autem tanta diversitas est conatus, ita etiam pœna ejus variare solet maximè in hoc crimine; jure Saxónico distinguuntur tres casus primus est; quando delinquens non solum ad actum proximum ipsi parricidio devenit, & â parte sua delictum implevit, sed etiam per inflictum vulnus vel aliud damnum irreparabile mortem citius procurata fuit ei, adversus quem actus fuit directus, vel etiam alias attentatum ejusmodi reiteravit, & hoc casu ulti-

sup

deatur, tamen per interpretationem obtinuit, ut etiam ad ma
datarium ſive locatorem extendatur. *gloſſ. in d. c. 1. in fin. Tib. D*
cian. in tract. crim. l. 9. c. 30. num. 9. Iod. Damhuder. in pract. cri
c. 83. rubr. de aſſaſſinis n. 1."

XLIIX. In hoc autem crimine quæritur, an attenta
quoque ejus ſit punibilis? id quod affirmandum per *d. c. huma*
verbis: Quicunq; princeps prælatus vel quævis alia eccleſiaſtica ſeen
risve perſona quempiam Chriſtianum per aſſaſſinos interfici fecerit,
etiam mandaverit, quanquam mors ex hoc forſitan non ſequa
dict. c. de homicidio in 6. Ob expreſſam igitur Juris Pontifi
diſpoſitionem conatus punitur eadem pœna ac ſi delictu
perfectum eſſet, quam vis alias juxta Communem Dd. o
nionem ex conſuetudine generali affectus regulariter non pun
tur pœna ordinaria niſi ſequatur eventus. *Menoch. de arbitr. I*
queſt. lib. 2. cent. 4. num. ſeqq. de qua tamen opinione quid ſen
endum ſit, alibi diximus. Sive igitur Chriſtianus ſit aſſaſſinus
infidelis, ſi ad actum occidendi proximum deveneri t, & omn
niſum adhibuerit, nec per eum ſteterit, quin occideret, pœ
ordinaria, regionis locum habet. *d. c. c. Tiraquell. tract. de pœnis*
gum cauſ. 37. num. 4. Ob delicti enim hujus atrocitatem pœ
ordinaria pro ſolo affectu imponenda eſt, etiamſi homicidium n
ſubſecutum fuerit. *Farinac. p. 5. oper. crim. queſt. 123. n. 77. Deci*
in tractat. crim. l. 9. c. 30. idque adeò procedit, ut licet ad act
maleficio proximum nondum fuerit deventum, tamen po
ordinaria (quæ Juxta loci Conſuetudinem in hoc crimine irro
tur) in tali caſu æquè locum habeat, cum diſpoſitio *d. c. 1.* ge
raliter loquatur, & nudum mandatum puniat, licet ad inſulta
nem vel vulnerationem tanquam actum proximum nond
fuerit deventum, & aſſaſſinus appelletur, qui ad occidend
conductus eſt, licet nihil amplius commiſſerit, ſic ut hoc crim
ſola conventione contrahi exiſtimetur; Limitatur tamen hoc
aſſaſſinio ficto, quod appellatur, quando ſcilicet ex interp
tatione *d. c. humani* Chriſtianus Chriſtianum interfici manc
de quo hic potiſſimum ſermo, in hoc enim conductio turpis
etiam attentatio remota non conſideratur, ſed tum demum

et

exequi destinaverit, hoc enim casu cum non concurrat consu
lens, à pœna quoque immunis erit.

L. Pœna fabricantium falsas monetas ex Constantin
constitutione *l. 2. C. de fals. monet.* est, ut igne coneremento
nec obstat *l. 1. C. eod.* ubi solum pœnæ capitis sit mentio, hæc enim
designat ultimum supplicium in genere, etsi mortis qualitatem
in specie non exprimat, quam tamen qualitatem postea declara
vit, ante autem istam declarationem incertum erat, qua pœn
plecti hujusmodi falsarius debeat. Quod si non perfecerit falsam
monetam, sed solum aliquid egerit aut tentaverit, ut si adhuc ima
ginem vel formam non impresserit, tali casu, quia machinatio ad
huc remota est, vel nulla, si forte pœnitentia ductus. *l. 19. ff. ad L.*
Corn. de fall. vel extraordinaria (si nimirum impedimento al
quo extrinseco præter intentionem ejus supervéniente prohib
tus non perfecerit) pœna afficiendus erit. *Gloss. in l. quicung. ff. a*
L. Corn. de fals. Bald. in l. 3. ff de naut. fœn. Si verò jam excus
monetam sed nondum expendit, quoniam tunc ad actum pròx
mum deventum est, non quidem pœna ignicremii ordinaria, se
ci proxima, gladii seu truncationis capitis *Mynoch. de arbitr. lib.*
quæst l. 2. cas. 360. 165. Carpzov. prax. criminal. quæst. 42. n. 91. & seq

LI. Denique, qui falsos testes producunt vel subornant, qu
que falsis & subdolis depositionibus quenquam malitiose on
rant, sive taliter prægravatus supplicium sustinuerit sive non, t
men ejusmodi testis eadem pœna afficitur qua is puniendus fu
set, contra quem testimonium falsum dictum est, si verè de c
mine fuisset convictus *l. 1. l. 9. ff. ad L. Corn. de fals. l. 16. ff. de Test*
Farin. part. 6. oper. Crim. quæst. 59. Masard. de probat. vol. 3. con
1668. num. 5. idque etiam juri divino consentaneum *Deut. c.*
v. 19., & concordat *Constit. Carol. art. 6. 8. verb.* Wo Zeug
erfunden und überwunden werden/ die durch falsche boßhaffte Ze
schafft jemand zu peinlicher Straffe unschüldig bringen NB. o
zubringen unterstünden/ die haben die Straffe verwircket/ in welch
sie den unschüldigen bringen wollen/ item *art. 107. verb.* Wo aber
ner durch seinen falschen Aydt jemand zu peinlicher Straffe schwä
derselbe soll mit der Pein die erfälschlich auff einen andern schwö

gestra

læsæ Majestatis falso intentatum, præter vitam, jacturam quoq
fecisset omnium bonorum, quibus carituri etiam fuissent insont
liberi; propter istud igitur periculum amissionis bonorum qu
immeritò sustinuit, velut jure talionis bona ista damnatorum
loco satisfactionis, si non universa, saltem quoad concurrente
summam damni, quod in bonis ejus propriis tam mobilibus, qua
immobilibus metuendum ei erat, à Parlamento adjudicari s
cupiebat, sed frustrà fuit. Pro negotii autem vel delicti qu
litate in quod hoc crimen falsi testimonii vel suppositionis testiu
incidit, puniri debet, sic ut si incidat in crimen enorme velut læ
Majestatis (prout ex allato jam exemplo patescit) vel non i
grave, pœna quoque ejus exasperari vel mitigari debet. *Const.
Carol. dict. artic.*.

LII. Absolutis Delictis ijs, quibus potissimùm in bon
proximo nocetur, super est jam ut videamus, inquibus de
ctis carnis hæc nostra materia locum inveniat, cum constet, e
iam in horum aliquibus solum attentatum punitioni obnoxiu
esse; Inter hæc autem occurrit primo loco horrendum crime
Sodomiæ, quod contra ordinem naturæ committitur; Pœna ej
de jure civili est gladius *l. 31. C. ad L. Iul. de adult.* Quæ pœ
Constitutione Carolina exasperatur & est ignicremium *art. 1*
flammis siquidem ultricibus vivi exuruntur. Quæ pœna etia
passim alibi recepta est, de qua testatur *Menoch. de arbitr. Iu
quæst. l. 2. cas. 286. num. 43. & seq.*. Et Iure divino, quod in his
quimur, etiam bruta animalia, cum quibus sodomia peracta, ig
absumuntur *Levit. 20. v. 15.* Quod si vero saltem attentatum
erit hoc crimen, hanc pœnam ordinariam locum non habe
sed attentanti arbitrariam injungendam existimat. *Clarus l. 5. s
tent. §. sodomia. n. 8. Menoch. de arbitr. Iud. quæst. l. 2. cas. 286.
28. Petr. Theod. in Coll. crim. disp. 6. th. 5. lit. L.* Et *in l. 1. §. fin. ff.
extraord. crim.* dicitur, quod perfecto flagitio delinquens p
niatur capite, imperfecto, in insulam deportetur, in cujus l
cum hodie Successit relegatio vel fustigatio *Prosp. Farinac. part
oper. crim. q. 19. n. 15.* Dissentit *Iod. Damhauder. in pr. rer. Crim. c.
num. 18.* quod scilicet non requiratur consummatio operis, sed suf

am traducere debeat. Siquis etiam cum puella immatura quinqu
vel sex annorum concumbere volens, rem non perfecerit, hun
ob conatum pœna capitali afficiendum esse existimat *Clarus*, ite
Berlichius, qui *part. 5. conc 42.* præjudicium adfert, quo quis cu
puella 4. annorum coire intentans, capite truncatus fuerit, & pra
terea non minimi ponderis argumenta adfert, quare hoc attenta
tum mortis pœna affici debeat.

LVI. Supereſt jam crimen raptus, quo quis virginem
viduam, monialem, aut aliam honeſtam Fœminam libidinis e
plendæ cauſa improbè & per vim abducit & violat, quod cum in
ter atrociſſima crimina reiteratur, nemo quoq; dubitat, quin gr
viſſima pœna vindicetur *l. un. C. de rapt virgin m it. l. ſiquis non d
eam rapere C. de Epiſc. & Cler.* quæ eſt, ut reus hujus criminis, cu
omnibus complicibus, nimirum opem & auxilium ferentibus, c
mitantibus & ſociis, imo ſaltem conſciis Capitis ſupplicio & bo
norum omnium proſcriptione damnetur, non ſolum ſi ipſum cr
men perpetratum fuerit, verum etiam ſi facere ſaltem quis ho
attentarit *d. l. un.* Quin & parentibus & qui loco horum ſunt, t
toribus curatoribusve, & conſanguineis, impunè conceditur, i
ſum raptorem in flagranti crimine deprehenſum interficere, n
excuſatur raptor, ſed üsdem pœnis ſubjacet, licet conſentientib
virginibus vel mulieribus hoc factum ſit, vel etiam conſenſus p
rentum poſtmodü acceſſerit *d. l. un. C. de rapt Iunct. Conſt. Carol.* ve
Hinangeſehen ob die Ehe-Fraue oder Jungfraue jhren willen dar
gegeben; præſumitur enim odioſis artibus & blanditiis, circum
venta & ſeducta, alias forſan non conſenſiſſet, vim enim hab
perſuaſoria verba *l. 1. §. 3. ff. de Serv Corr.* non obſt. *l. 1. §. 5. de
jur.* ubi dicitur quod volenti non fiat in Juria, nam hæc volun
ab inſidiis & artibus delinquentis inducitur; præterea hęc in ju
non ſolum raptam ejusque parentes & propinquos verum eti
Remp. principaliter attingit, cujus ſecuritas per hoc inſigni
læditur, quapropter tali conſenſu non obſtante, nihilominus p
na raptus locum habet, in caſu autem quo mulier ſpontanea v
luntate conſenſum præbuerit mortis pœnæ locum non eſſe pu
Decian, tract. crim. l. 8. C. 7. Quod ſi contingat, ut nuptam mul

vim inferendo personæ licet minùs honestæ, quæ invita non cog
tur stuprum pati, & hæc est communis Dd. opinio; quod si vero v
tam in honestam deposuerit, & mores correxerit omnino etiam r
ptus in ea committitur, sufficit enim quod tempore raptæ honest
vixerit *Berlich. part. 5. concl. 41. n. 57* 3. Non irrogari pœnam ordinar
si raptor virginem raptam carnaliter non cognoverit, sunt qui ex
stimant, inter quos Eminentissimus Ictus *Antonius Faber in Commen
ad C. tit. 9. tit. 11 defin. 1. n. 1.* quando enim raptor matrimonii cau
rapuit & consulto â concubitu vel violéta compressione abstinui
non subjiciendum esse pœnæ raptus volunt. Cum *d. l.* requirat ra
ptum libidinis causa commissum esse; fundant autem se in ipsa le
ge, ubi dicitur raptorem propterea pœna Capitali puniri, quo
castitas seu virginitas per ipsum ablata, restitui amplius non possit
quæ ratio cum in non cognita virgine vel muliere cesset, cesse
quoque & legis dispositio. Et sic ex sententia Fabri d. Constitutio
requirit raptum cum ipso stupro. Verum contrariam sententiam
juris Communis dispositioni magis conformem esse vix dubitan
dum; licet enim verba in d. Constitutione satis clara videantur, ita
ut aliam interpretationem vix admittant, tamen facta collatione
hujus constitutionis cum aliis legibus dicendum, & sufficere, sci
licet mulierem raptam esse, licet libidinem non expleverit raptor;
cum hæc constitutio se fundet in raptu, qui perfectus est, licet ad
ultimum sceleris gradum non pervenerit raptor, Et hæc sententia
etiam ex aliis legibus supplenda erit, *l. 54. C. de Episc. & Cler.* ubi
dicitur quod raptor virginis, viduæ, vel sanctimonialis capitis sup-
plicio afficiendus sit simpliciter absque alia adjectione, se fundan-
do solùm in abductione violenta, non in defloratione seu concubi-
tu libidinoso; facit huc etiam *l. 5. ff. ad L Iul. de vi publ.* qua ille
qui vacantem mulierem rapuit vel nuptam, ultimò supplicio af-
ficiendus sit, non distinguendo, utrum cognita sit nec ne; ulte-
rius etiam considerandum, ip'um raptum crimen esse speciale,
ita ut illud quantum in se est, dicatur perfectum, licet expletio li-
bidinis nondum facta sit, jam enim illata est infamia parentibus
& puellæ licet nondum vitiatæ, cum hujus pudicitia ab omni-
bus violata jam credatur; Præterea ad raptus crimen pro forma
essentiali requiritur, ut virgo seu mulier rapta transducatur de

[illegible] quod si factum fuerit nihilum [illegible]
[illegible] eum criminis restare videtur, insuper habito ut [illegible]
subsecutus fuerit necne; quod si igitur sola violen[illegible]
ram hujus criminis essentiam constituat, sequitur [illegible]
& consequenter laluâ delicti istius substantiâ ab illo [illegible]
Ex per hanc specificam differentiam à stupro [illegible]
compressio violenta ad implementum seu con[illegible]
hujus delicti requiritur) discrepat, raptus autem ut [illegible]
intentione fit ut quis virginem vel aliam quam vi[illegible]
minam quam licitè cum consensu parentum vel propinq[illegible]
rorum ve habere non potest, per violentam abductionem [illegible]
& matrimonium cum ea contrahat l. un. C. rapt. virg. Vrese[illegible]
est indifferens, cum uxorem ducere nullo jure sit prohibitum [illegible]
& prohibita; Quod si ad raptum etiam concubitus libidinosus [illegible]
cedat, id factum huic delicto extrinsecum est, ac velut ei con[illegible]
gens, adeoque respectu habito ad delictum ipsum non nisi [illegible]
accidentaliter se habet.

LIIX. Ceterùm, hanc Iuris civilis perplexitatem Const[illegible]
io Carolina velut nodum Gordium uno quasi ictu dissolvit, [illegible]
enim omninò desiderat virginem libidinis explendæ causa rap[illegible]
esse, idque verba ipsa art. 118. unehrlicher weisse satis innuunt, si[illegible]
hæc Constitutio videatur requirere raptum cum ipso stupro, qu[illegible]
si sub secutum non sit, crimen quoque quadantenus imperfect[illegible]
censendum, cum raptus respectu habito ad Consummationem [illegible]
delicti quæ juxta hanc constitutionem est concubitus, non nisi [illegible]
Par conatus se habeat, adeoque pœna non nisi extraordinaria hujus [illegible]
delicti puniri oporteat; & capitali pœna non esse afficiendum [illegible]
ptorem, si ipse raptam virginem non cognoverit, interpretes ple[illegible]
rique ad d. l. un. C. de rapt. statuunt, quemadmodum & de consue[illegible]
tudine Mediolanensium testatur quoque Menochius, quod solum
puniatur pœna capitali cognoscens carnaliter mulierem raptam,
non autem solum raptum; distinguitur auem tunc; aut raptor po[illegible]
tuit stuprare abductam & pœnitentia ductus non perfecit, sed eam

illibatam ad honestum locum perduxit, & tunc extra ordine
quanquam pœna gravi plectendus; aut verò non stupravit, no
ob pœnitentiam supervenientem, sed ob id qvod perficere no
potuit, & tunc ordinaria locum habebit. *Decian. l. 8. c. 7. n. 34. Farl*
quæst. 145. n. 209. Covarr. in cl. fnrios. p. 2. n. 8. Menoch. cas. 261. n. 3
qui tamen *cas. 380.* ex verbis constitutionis ubi *inventi fuerint in*
ipsa rapina; item nisi istam sollicitaverit concludit, etiam affectu
remotum in hoc malefitio puniendum esse, cum sola sollicitati
hanc remotionem declaret, & remotè raptum constituat. Dissen
tit *Brunneman. in Comment. in C. tit. de rapt. §. 15.* & non nisi machi
nationem proximam vult puniendam. In monialis rapt
alii, uti & Baldus solum affectum remotum puniendum
esse existimant *in l 3. n. 3. C. de serv. fugit.* pœna tamen extraordi
naria, prout putat. *Menoch. de arbitr. jud. quæst. l. 2 c. 360 n. 54.* E
hæc constitutio quoque relata est *in c. siquis non dicam de pœniten*
tia distinct. 1.

LXI. Rei autem hujus criminis sunt duplices, alij sunt prin
cipales qui rapuerunt; alii qui in ipso raptu auxilium præsta
runt, & hi omnes æquali pœna afficiendi *d l un.* Est autem notabi
le in hac lege, quod non solũ auxiliatores, receptores, & alii com
plices pœna in ea comprehensa puniantur. sed & conscij saltem, sic
ut etiam patientia in hoc crimine capitalis videatur, quemadmo
dum in crimine læsæ Majestatis; sed dictum alibi, ut conscii tene
antur, requiri facultatem prohibendi, sic ut sola scientia hic non
sufficiat, sed cum facultate prohibendi, concurrat oportet, ut
effectum punibilem producat; facit huc illud Bruti ad Cicero
nam. Alienæ igitur culpæ me reum facies? *Prorsus aliena, si pro*
videri potuit ne existeret. Quisquis enim patitur delinquere, is
vires subministrat improbitati, cum par sit delinquere & delin
quentes non prohibere. Quadrat huc illud *Ovidii Metamorph. 14.*

— *Virgine rapta.*

Quam meruit pœnam solus digessit in omnes Ideo; propterea, quod
reliqui sciverant sed non prohibuerant, ne virgo sacerdos rape
retur. In tali igitur casu ubi quis conscius fuit raptus, & im
pedire potuit maturè revelando, aut alias succurrendo, nec ta
men fecit, particeps est delicti, ideoque non iniquum est, ut

cum

impetraverit, licet eo non fruſus fuerit *l. 5. ff. quod quisq; Iur.* item qui locavit operas ſuas ut cum beſtiis pugnaret, arcetur à poſtulando, quæ pœna etiam locum habet licet non pugnaverit. *Bald. in l. ſi quis non dicam rapere num. 5. C. de Epiſc. & cler.* Siquis rem obligationi ſuppoſitam tentavit alienare ſuppreſſa priori obligatione *l. ult. C. de crim. ſtell.* item tentans corrumpere Judicem punitur ac ſi verè corrupiſſet, *Menoch. de arbitr. Iud. quæſt. l. 2. c. 343.* Qui pecuniam accepit calumniandi animo ad negotium faciendum in Judicio, punitur licet non fecerit *l. 1. 3. 7. ff. de calumn.* Qui voluit civitatis muros tranſcendere nec tamen fecit, punitur. *l. ult. ff. de rer. diviſ.* Et non ſolum tranſfuga, ſed & qui tranſfugere voluit punitur *l. 3. ff. de re milit.* it. de albo corrupto tenetur, qui tollit album, licet non corruperit. *l. 7. §. 5. ff. de Iurisdict.* Denique non ſolum qui frumentum exportant, ſed & qui exportare ſaltem intendunt, non ſecus ac ſi fecerint puniuntur. Et hæc ſunt præcipuè delicta, in quibus ſolus niſus eventu licet non ſubſecuto punitur, quæ quidem latius perſequenda, eſſent, quoniam autem hæc leviora ſunt, & præterea tale quid in his non ita rigoroſè ampliùs obſervatur, ideoque de his quicquam ampliùs admonere ſuperſedebimus.

CAPUT ULTIMUM.

Contraria horum Maleficiorum exhibens.

THESIS I.

HÆ autem pœnæ ob jus violatum interdum à ſumma poteſtate propter publicam utilitatem, quæ ſuprema lex eſt, vel remittuntur, vel mitigantur; Sed dum princeps vel ſuperior illam juris violati pœnam remittit, vel aliàs circa eam diſpenſat, non ipſam tollit pœnã à lege conſtitutam vel determinatam, ſed legis ſaltem obligationem à certo aliquo ſubjecto removet, ſed cum hæc remiſſio vel poteſtas diſpenſandi circa pœnas partem jurium Majeſtatis conſtituat, ei demum competit, qui vel proprio vel conceſſo jure eam exercet. In Romana Republ. tantùm ab fuit ut præſides vel proconſules remittendi pœnas vel circa eas diſpenſandi poteſtatem habuerint, ut ne quidem jus gladii vel merum Imperium jure proprio ſeu magiſtratus (quippe quod intra poteſtatem cognoſcendi de civilibus & privatis tantum cauſis coarctatum erat) ſed vi ſpecialis commiſſionis ſaltem exercuerint; omnis itaque poteſtatas circa pœnarum diſpenſationem initio populo, poſtea ſolis Imperatoribus competiit.

II. In



Majestatis
perii ju-
str. pac-
s Impe-
annesti
Snade
rii tam
eos sit
ni im-
pote-
modo
uiam
tibus
cialis
no-
vin-
ori-
co-
cte
m
it,
m-
s
m
n

Ut In nostro Imperio Imperatori id competit Jure Ma-
Reichs Abschied de anno 1548. §. Bnd wiewol statibus autem Imp
re superioritatis territorialis quæ superioritas confirmata Inst
Oberhuggo-Monasterienses art. 5. A Principibus ergò & statibus
ob hoc jus exercent solet, unde in responsis prudentum clausula
solet inferre die hohe Obrigkeit des Orts dem Gefangenen nicht
erstegen wolle. Meritò autem quæras, quare Principibus Imper
augustum jus competat, ut absolutio vel condemnatio penes
absque ulla provocatione, id quod inter Jura Majestatis vel summ
perii ferè maximum reputandum, cum tamen in causis privatis
stas eorum magis sit ad strictam (sic, ut si quis se gravatum sentiat (
non infra summam appellabilem) provocare ad Cameram vel A
Cæsaream possit? Ad quod reponendum, hanc potestatem sta
competere vi superioritatis territorialis, idque ex constitutione & natur
privilegii vel etiam præscriptionis, idque ex constitutione & natur
stæ Reip. non aliter fieri debet; cum enim Germania in varias pr
cias dissecta sit, quarum quælibet peculiaribus statutis, legibus &
bus utatur, quæ omnia non exactius vel melius quã qui eis præsunt
gnita sint, nec illi qui universi Imperii gubernaculo adsident æquè
Judicare queant, quid singularum regionum necessitas exposcat, q
hi qui singulis præsunt, primariò autem harum provinciarum inte
ut à malevolis & facinosis purgentur, sequitur hanc potestatem ad
mum Imperium non trahendam, sed superioritati territoriali re
in hærere, cum hæc non ita commode ab universo imperii senatu, q
à singulis communi Imperio subjunctis potestatibus (qui subjectar
sibi provinciarum specialem curam gerunt) exerceri queant, quæ
tem negotia ita comparata sunt, ut commodiùs à singulis quam
omnibus in communi expediri queant, Jurisdictioni territoriali per
& ex sui natura semper in sunt; nec nisi per accidens ad Commune Im-
perium vel deliberationes publicas pertinent, id quod tamen propte-
rea superioritatis territorialis naturã non immutat, vel quicquam ei de-
trahit; quemadmodum nec vice versa, quando ex hypothesi præsuppo-
sita sc. certa necessitate quædam negotia vel Jura in Comitiis Imperii
universalibus aliàs rectiùs expedirentur, singulorum statuum curæ &
& potestati committuntur, hæc non propterea transeunt vel degene-
rant in Jus territoriale, sed distincta ac separata manent & non nisi ex-
trinseca

L 3

trinsecè ei accedunt, dum nimirum necessitas temporum & conditio præsentis status imperij id non aliter fert e. g. Ius pangendi fœdera vel bellum indicendi, licet sint Iura summi imperii & quidem transeuntia, quæ tangunt non solum communem Remp. sed etiam respectum universalem habent ad vicinos vel exteros, sic ut unius Reipubl. membri vel status imperii, vel simavis, unius subordinatæ Reip. cura non terminentur, longe etiã feliciori successu cõmunibus auspiciis promoveantur, tamen & hæc, modo non fiant in præjudicium imperatoris & imperii statibus habita ratione constitutionis præsentis nostræ Reip. (cujus vinculum ob discordiam procerum nimis laxum deprehenditur) necessario concedenda erant, quo suæ securitati maturè prospicerent, vicinis vel exteris potentibus alias prædæ futuri, quamvis hæc portio Iuris summi imperii Iurisdictioni territoriali non nisi per accidens cohæreat. vid. de his *Magnif. Dn. Cancell. Hugo in tract. de stat. Reg. Germ c. 3.*

III. Expositâ quantùm instituti nostri ratio permittit naturâ Iuris territorialis, & quomodo à Iure sunimi imperii differat, jam satis constare arbitror, quare absolutio vel condemnatio statibus imperii necessariò competat, & quidem jure proprio vi solius superioritatis territorialis non autem extrinsecè & speciali aliqua concessione, quemadmodũ de bello & fœderibus supradixi. Accedit his quod pœnæ non differendæ, sed celeri animadversione opus sit propter exemplum, quæ necessitas quoq; adegit Romanos, ut tandem in atrocissimis delictis quæ securitatem Reip. lædunt appellationem non reciperent *l. 2 C. quorum appell. non. recip.* Præterea Iudiciorum civilium alia est conditio & natura quam criminalium, in illis enim Ius partium litigantium in disceptationem venit, in quibus omne arbitrium Iuri quod inter Duos litigantes versatur præcipuè adstrictũ est, sic ut si paululum modo ab illo Iure deflectas, concedendo alterutri aliquid ex eo, statim alteri subtraheretur, & sic injuria ipsi fieret; In criminalibus vero arbitrium judicis non ita coarctatur, sed habito respectu ad Remp. pœnam vel intendere vel remittere potest citra cujusquam injuriam vel præjudicium, modo id Reip. proficuum vel non noxium deprehenderit, de quibus in superioribus actum. Supra dicti igitur sententiam passos in Imperio per gratiam possunt restituere, vel etiam pœnam mitigare: videant tamen superiores, ne temerè & indifferenter, sed non nisi præcedente

Iusta-

de adult. nec etiam postea accusatio admittitur, cum omnes maleficiorũ pœnæ sublatæ, & officium Judicis clausum intelligatur *l. 4. 7. C. de præscr. 30. vel 40. ann. l. 2. ff. de req. vel abs. damn.* si autem delinquens statim post admissum delictum accusatus & condemnatus aufugerit, & lapsis 20. annis reversus fuerit, non currit hæc præscriptio & tunc reus licet ante 20. annos condemnatus fuerit, contra sententiæ condemnationem. præscriptionis Exceptione se defendere nequit, sed pœnis à legè determinatis afficitur, est enim hæc præscriptio pœnarum imponendarum non verò impositarum *arg. l. 12. C. de falsi. Prosper. Farin. 1. quæst. 16. nnm. 28.* Et hæc quæ de præscriptione criminum allata sunt, etiam in maleficiis cœptis obtinent, in his enim tantò facilius præscriptio locum inveniet, quanto leviora sunt consummatis. licet legibus cautum non reperiatur, quod illorum præscriptioni brevius temporis spatium quam his determinatum sit; dicendum igitur, quod, si delictum aliquod, cujus affectus à lege notatur breviori vel longiori temporis spatio præscribitur, tanto quoque & non breviori temporis præscriptione affectus punibilis istius delicti, in quod ille incidit submoveatur; si verò delictum tale, ut præscribi nequeat, quale est crimen Apostasiæ *l. 4. C. de Apostat.* parricidii &c. *l. 13. ff. ad S. C. Silan.* pœna quoque conatus ejus criminis modò à lege pro punibili declaratus fuerit, non præscribitur; Sed de hac materia pro instituti ratione satis, placet igitur hic subsistere, Deo interim Opt. Max. gratias agens.

F I N I S,



de adult. nec etiam postea accusatio admittitur, cum omnes maleficiorũ pœnæ sublatæ, & officium Judicis clausum intelligatur *l. 4. 7. C. de præscr. 30. vel 40. ann. l. 2. ff. de req. vel abs. damn.* si autem delinquens statim post admissum delictum accusatus & condemnatus aufugerit, & lapsis 20. annis reversus fuerit, non currit hæc præscriptio & tunc reus licet ante 20. annos condemnatus fuerit, contra sententiæ condemnationem. præscriptionis Exceptione se defendere nequit, sed pœnis à legè determinatis afficitur, est enim hæc præscriptio pœnarum imponendarum non verò impositarum *arg. l. 12. C. de falsi. Prosper. Farin. 1. quæst. 16. num. 28.* Et hæc quæ de præscriptione criminum allata sunt, etiam in maleficiis cœptis obtinent, in his enim tantò facilius præscriptio locum inveniet, quanto leviora sunt consummatis, licet legibus cautum non reperiatur, quod illorum præscriptioni brevius temporis spatium quam his determinatum sit; dicendum igitur, quod, si delictum aliquod, cujus affectus à lege notatur breviori vel longiori temporis spatio præscribitur, tanto quoque & non breviori temporis præscriptione affectus punibilis istius delicti, in quod ille incidit submoveatur; si verò delictum tale, ut præscribi nequeat, quale est crimen Apostasiæ *l. 4. C. de Apostat.* parricidii &c. *l. 13. ff. ad S. C. Silan.* pœna quoque conatus ejus criminis modò à lege pro punibili declaratus fuerit, non præscribitur; Sed de hac materia pro instituti ratione satis, placet igitur hic subsistere, Deo interim Opt. Max. gratias agens.

F I N I S.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Engelbrecht, Georg

Diss. iur. inaug. de maleficiis coeptis

Helmstadium 1680
4 Diss. 773#Beibd.5
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10665743-5